

Dua quoque alia eodem loco extant memoriae
abrosa quidem et lectu difficilis, sed quae
negligenda tamen non fuerunt, tum ut
curiosis facerem satis, tum ut Lutewij
nomen ab oblivione, et situ excitarem,
in quo probabiliter dubitari potest an ad
Eusebium cum graecis hominibus pertinet
dicam, an ad Lotharium cum Germanis,
an uero ad Lutarium cum Gallis, siquidem
et Galloꝝ dux apud T. Liniū lib. XXXVII
fuit Luterius, et alius Alemanorū apud
Agathium, qui directa in Narsētis Eunucho
iniuriam magna Italiae parte, apud Cenedam
Venetiꝝ oppidum miserabiliter perijt, tametsi
P. diaconus medio itinere inter Veronam
et Tridentum, scribat: lingua certe Galloꝝ
significat fortunatum, illi enim Loth fortuna
seu sortem appellabant. Fuit et Cenomanorū
dux Etilouius, qui Brixiamq; Veronamq;
condidit, ut est apud T. Liniū lib. V.
licet corrupte pro Cenomanorū impressores
Germanorū ediderint.